

visionis, & reperiuntur in Argumento quatuor termini. Breviter: *fides* consideratur vel *in foro poli*, vel *in foro soli*. *In foro poli* fides sine operibus justificat. Quia sola fides Christi meritum sine operibus apprehendit, planè sicut Paulus dicit *Rom. 3. v. 28.* λογίζομεθα h. e. collatis undiq; rationibus, & subducto veluti calculo, certò concludimus, ex præmissis & probatis inferimus, fide justificari hominem absq; operibus. Sic & *Theophylactus* in h. l. accipit positum pro συλλογίζομεθα. Sed *in foro soli* fides sine operibus non justificat, sed cum operibus justificat. Quia fides per charitatem operatur, *Gal. 5.* & opera fidei cooperantur, h. e. veram fidem declarant. *Jac. 2. v. 14.* vid. *Reverendiss. Dn. Doct. Jacobus Wellerus in Epist. Rom. p. m. 223. seqq.* *Daubauerus Id. Bon. Diss. p. 161.* addit, hæc sophismata etiam in formà peccare. Idem error est in hoc:

*Homo sine animâ edit;*

*Homo sine animâ est res mortua.*

*E. Q. res mortua edit.*

2. *Quis*